Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



de mihi euangelizat fidem. quia
aliquid expugnabat: et in me glo
rificabant deum. Deinde post an
nos quatuor denuo iterum ascendi
hierosolima cum barnaba: assum
pto et tito. Ascendi autem secundum re
uelationem: et contuli cum illis e
uangelium quod predico in gentibus.
Igitur hiis seorsum qui uidebantur
esse aliquid: ne forte in uacuum cur
rerem aut cucurrissem. Sed neque
titus qui mecum erat cum esset
gentilis compulsus est circumcidi.
Sed propter subintroductos falsos
fratres. qui subintroierunt explo
rare libertatem nostram. quam habemus
in xpo ihu. ut nos in seruitutem
redigerent. quibus nec ad horam
cessimus subiectioni. ut ueritas
euangelii permaneat apud uos.
Ab his autem qui uidebantur esse
aliquid: quales aliquando fuerint
nihil mea interest. Deus personam
hominis non accipit. Nihil enim
qui uidebantur esse aliquid. mihi
contulerunt. Tu autem. fla. tii.
Cum uidissent quod creditum
est mihi euangelium preputii.
sicut petro circumcisionis: qui
enim operatus est petro in apostolatu
circumcisionis: operatus est et mi
hi inter gentes. Et cum cognouisset
gratiam que data est mihi. iaco
bus et cephas et iohannes qui u
debantur columpne esse. dextras
dederunt mihi et barnabe societa
tis. ut nos in gentes. ipsi autem
in circumcisionem: tantum ut pau
perum memores essemus. Quod
etiam sollicitus fui hoc ipsum fa
cere. Cum autem uenisset cephas
antiochiam: in faciem ei restiti.
quia reprehensibilis erat. Prius
enim qui uenerant quidam a ia
cobo. cum gentibus edebat. Cum au
tem uenissent. subtrahebat et segre
gabat se: timens eos qui ex cir
cumcisione. et simulacrum eius
consenserunt ceteri iudei: ita ut
barnabas ducerentur ab eis in si
lam simulationem. Tu autem.
Cum autem uidissem quod non
recte ambularent ad ueritatem
euangelii. dixi cephe coram om
nibus. Si tu cum iudeus sis. gen
tiliter et non iudaice uiuis: quo
modo gentes cogis iudaizare.
Nos natura iudei et non ex gen
tibus peccatores: scientes autem quod
non iustificatur homo ex operibus
legis. nisi per fidem ihu xpi. et nos
in xpo ihu credimus. ut iusti
ficemur ex fide xpi. et non ex operibus
legis. Propter quod ex operibus legis
non iustificabitur omnis caro.
Quod si querentes iustificari in xpo:
inuenti sumus et ipsi peccatores.
numquid xpus peccati minister est.
Absit. Si enim que destruxi. hec
iterum reedifico. prauaricatorem me
constituo. Tu. Ego enim per le
gem mortuus sum legi. ut deo u
iuam. Xpo confixus sum cru
ce. Viuo autem iam non ego: uiuit
uero in me xpus. Quod autem nunc
uiuo in carne. in fide uiuo filii dei.
qui dilexit me et tradidit semetip
sum pro me. Non adimo gratiam
dei. Si enim per legem iustitia. ergo
xpus gratis mortuus est. O
insensati galathe. quis uos fas
cinauit non credere ueritati: ante